8 (140)

termino tanquam peremptorio stare parere respondere probandio ac Citatis omnibus satisfacere omneq iudicatum cum suis successoribus pati tenebitur, nullis contrijs exceptionibus Euasionibus allegationibq motionu appellationibus earumq quibusuis prosequutionibq praemissa euadere volendo imo se omnibus in vniuersum iuris remedijs et defensis legalibusq impedimentis etiam de iure concessibilibq se cum suis successoribq ...abscribendo et abrenunciando. Haec sua personal recogn mediante.

Inter Grochowskie Quietatio.

Coram Officio et Actis pntibus Castrensibus Capitan Bransconsibq personaliter comparentes Nobiles Josephus filius Joannis Holonka Grochowski nomine Nobilis Thoma fratris sui ac Nobilis Mathaei Grochowski et Vrsula coniugum a quibus pacem in forma iuris plenissima cauet ab vna Et Nobiles Petrus olim Joannis Grochowski ac Albertus filius eiusdem nomine suo et Nobilis Martini et Simonis filiorum ac fratrum suorum, a quibus vtroq eorum pacem de rati habitione infrascriptorum cauet et se eisdem in forma iuris plenissima inscribunt, submittentes se eosdem intra dimidium anni ad approbanda infrascripta statuere sub Poena Centum Marcarum Polon et foro pntis partibus ex altera sani mente et corpore existentes palam publice ac libere verbisq perexpressis recognouerunt, et quilibet eorum suo pro interesse recognouit. Quia ipsi sese mutuo et inuicem de omnibq protestationibus vulnerum obductionibq causis actionibq ratione quarumcunq iniuriarum et differentiarum ad quaelibet iudicium tam criminaliter quam ciuiliter, tum alio quouis modo institutis et hucusq inter se vertentibq, tum et Poen talionum in quantum ex eisdem Poenis elicerent nullis exceptis ob initam mutuam concordiam et sufficientem satisfactionem quietant emittunt et liberos faciunt protestones obductiones vulnerum Citationes quaeuis decreta quouis modo prolata et processus omnes in quolibet gradu iuris dependentes tum et appellones cassant et annihilant. Sibi et suis successoribq ratione omnium praetensionum quarumcunq sibi Vicissim seruiendum perpetuum silentium imponendo, ac in eadem quietatione partes vtraq partes prorata et grata suscipiunt et eam firmam habere volunt. Haec sua pntlr recogne in pmissis mediante.